



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

13. Triplices virgæ Jacob.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 12.

Abraham jubetur a Deo sumere vaccam triennem, capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam &c. Gen. 15. habetur pro Symbolo SSS. Trinit. apud S. Aug. serm. 54. de temp. mihi tom. 10. fol. 153. ubi dicit: Vacca triennis & aries annorum trium &c. figuram omnium gentium prætulere, quia omnes gentes erant in mysterium Trinit. credituræ.

Vacca triennis erit, capra trima, ariesque triennis ;
Turtur, & in sacris, casta columba, placent.
Symbola sunt Triadis, quæ tres pharaonica quondam
Sub juga ducendas edocuere tribus. (a)
Hinc turtur gemebunda jugum, lamentaque signat,
Altera promissas, nuntia pacis, opes.

(a) Per tres tribus, intellige tres generationes, puta Caat, Amram, & Moyses, per quas duravit servitus Ægyptiæ.

SYMBOLUM 13.

Triplices Virgæ Jacob.

Tollens Iacob Virgas populeas virides, & Amygdalinas & ex platanis, decorticavit eas. Gen. 30.

Sæpè tui Laban pretium sudoris ademit,
Ufus es ast astu callidior Jacob.

Po-

(7)

Populeas & Amygdalinas hinc tollere Virgas
Ex platanis, Triadis numine (a) doctus ovas.
Ipsa (b) Trias sœcundat oves, variatquè colore;
Aucta tui merces arte laboris erat.

(a) Gen. 31. v. 11. ubi haec estrophiâ Jacob divinitus in somnis edoctus. (b) Gen. 31. v. 7
8. 9. & est doctrina Cyrilli Chrys. Theodoretii &c.

SYMBOLUM 14.

Ego sum qui sum. Exod. 3.

Nota Symbolum esse in istis monosyllabis singulis: sunt enim tres
literæ, & una syllaba.

Personis poteris dumtaxat dicere Divis,
(a) Non homini, cujus dixeris, esse, nihil. (semper
(b) Sum qui sum (c) primum, (d) numquam mutabile, (e)
(f) Ens sine principio, sum sine fine simul.

Finis ero qui principium, cultoribus ipsum
Sum licet esse, tamen nolo deesse meis,

(a) Ex Platone. Cui non malè consonat Syllogisticum hoc Distichon
Pulvis & umbra sumus, pulvis nihil est nisi fumus:
Sed nihil est fumus, nos nihil ergo fumus.

(b) hoc explicant SS. PP. per (c) S. Hieron. in cap. 3. ad Eph. per (d) Greg. hom. 2.
in Ezech. per (e) Iustin. in exhort. ad gentes. Per (f) Pyndarus in pythiæ hymno 2.
Hinc & Thales, teste Laert. in ejus vitâ, rogatus, quid esset Deus, respondit, quod
principio & sine caret.

SYMBOLUM 15.

Nota nomen tetragrammaton.

Nomen meum Adonai non indicavi eis. Exod. 6.

Hunc locum græcus Scholiastes vertit; non indicavi eis

F

nomen